

## Band I., Nr. 248, Seite 307

*Friderun und ihr Sohn Marquard stiften zum Kloster Rheinau ihr Gut in Eggingen unter ausgedrückten Bedingungen.*

Ramsen, (um 1096).<sup>1</sup>

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus, qualiter ego Friderun, cum manu filii mei Marquardi trado legitima donatione ad monasterium, quod dicitur Rinaugia, totum praedium quod in villa, Eggingen nuncupata, hereditario iure hactenus habuimus, videlicet pro redemptione animae dilecti mariti mei Marquardi, et ut ego et praedictus filius meus et filia mea, nomine Ita, in eodem monasterio praebendas et mansiones nostras, secundum morem et consuetudinem ceterorum inibi manentium deinceps habeamus. Quidquid igitur in praedicta villa, quae sita est in pago prope Ulmam, habere videmur, tam mancipiis utriusque sexus, quam pratis, pascuis, agris, silvis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, exitibus et regressibus, cultis et incultis, totum trado in ius et dominationem praefati monasterii, ea conventionem ut praescriptum est, et ut praescripti monasterii rectores et fratres deinceps habeant facultatem ex ipsis rebus faciendi quidquid eis ad usum ipsius ecclesiae placuerit. Si quae vero, quod absit, obposita persona contra hanc nostram legitimam traditionem venire temptaverit, et eam infringere studuerit, in erarium regis auri uncias V, argenti pondera totidem coactus persolvat, et ipsa donatio inconvulsa permaneat. Actum apud Ramisheim<sup>2</sup> in pago Hegowe, in comitatu Udalrici comitis de Rammesperch<sup>3</sup>, ipso praesente et Gerungo comite de Stuolingem, coram multis idoneis testibus. Regnante domno Heinrico III. rege.

---

Nach GEORG WILHELM ZAPF: Monumenta anecdota historiam Germaniae illustrantia ex sua bibliotheca aliisque edidit et figuras aeri incisas addidit, Augsburg 1785, Bd. 1, S. 462, der sie „*ex chartulario*“ mitteilt.

<sup>1</sup>Das Ausstellungsjahr ist nach TRUDPERT NEUGART : Episcopatus Constantiensis Alemannicus sub metropoli Moguntina, cum Vindonissensi, cui successit, in Burgundia transiurana provinciae Vesontinae olim fundato, chronologice et diplomatice illustratus, hrsg. Von Franz Joseph Mone, 2 Bde., S. 429, Nr. 99. Der Grund dieser Jahresbestimmung ist jedoch nicht angegeben.

<sup>2</sup>Ramsen, Kt. Schaffhausen, Schweiz.

<sup>3</sup>Ramsberg, Heiligenberg, FN.

## Überlieferung und Publikationen

### Literatur:

Neugart: Episcopatus Constantiensis, S. 429, Nr. 99 (zur Datierung).

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ramsen

### Ortsindex:

Eggingen Wohnplatz (16626)

Eggingen, Ulm, UL

Hegau

Ramsberg Wohnplatz (17951)

Ramsberg, Heiligenberg, FN

Ramsen, Kt. Schaffhausen, Schweiz

Rheinau, Kt. Zürich, Schweiz

Stühlingen Wohnplatz (15638)

Stühlingen, WT

Ulm UL

Ulm Gemeinde (16620)